



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

caput octavum. Ioannis Calvini natalis & iudicium ex themate ejus
genethliaco sumptum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

Joannes Calvinus, ille miserandi in Gallia Schif-
 matis præcipua fax atq; auctor, fuerit, ostendā qui-
 dam alij passim veram Jesu Christi Ecclesiam qua-
 rere, illum à se in ventram, & è rudibus quasi eru-
 ram, & super monte illo, omnibus conspicuo lo-
 co, expositam ac restauratam esse iactat. Et quem-
 admodum Bohemi Hussium, Germani Lutherum,
 Helvetij Zuingliū, Angli Bucerū, Scoti Cnoxii,
 Dani Bugenhagium, Livoni Pellionem, Transyl-
 vani Blandratam, restaurati apud se Evange-
 lij auctores faciunt; sic Galli Calvinò eundem se
 honorem ac gloriam debere profitentur.

JOANNIS CALVINI NATALIS
 & iudicium ex themate ejus Genethliaco
 sumptum.

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

- I. Homines de schola primi Lutheranismum in Gallia seminarunt.
- II. In varias sectas & factiones misere distrahuntur.
- III. Joannes Calvinus, Gallus & Lutherus.
- IV. Ejus natiuitas & horoscopus.
- V. Genethliacorum coniectura seu prædictiones.
- VI. Calvinò supremi Pontificatus dignitas in Natiuitate promissa.

Tertullianus, postquam hæreticos veris co-
 loribus depinxit, & in veterum illorum pi-
 ctura novitiorum mores ad vivum expressit, recte
 ac bene inquit, Philosophos, eorum qui Ecclesie
 pacem ac concordiam primi turbant, Patriar-
 chas veluti atque antesignanos fuisse. Idem nos
 de sæculo nostro perverso dicere possumus: nem-
 pe primos hæreses parentes atque auctores fuis-
 se homines de schola, Gramaticos magis, Philoso-
 phie aut Mathematicæ scientiarum quam Theo-
 logie peritos. Libros illi legebant, linguas in-
 telligebant, sed non sapientiam. Aristotelis calle-
 bant subtilitates, à Divo paulo, tradita myste-
 ria non capiebant. Recte quidam Philosophiam,
 Humanam, Theologiã, divinam sapientiam ap-
 pellavit. Hanc si intelligendã, ut fidem ei habeas.
 Quot dum alios perdunt, se ipsos quoque perdid-
 erunt? Videre id est in multis Philosophis, qui velut
 Pelion Offa, & utrumque Olympo imponentes,
 cælum conscendere, in sacrarium Dei irumpere

& incomprehensibilia Dei mysteria, ac divinorū
 operum causas ac rationes perferunt auri sunt,
 Miseri! qui instar Dædali cereis penis ad sole me-
 volare non dubitant, quibus lique factis in mare
 decedentes, misere submergantur & pereant. Sic
 Thales astra eorumque motus è terra fixis in cœ-
 lum oculis contemplatus, in foveam pedibus sub-
 iectam, nec tamen à se visam, præcipitavit. Sic Em-
 pedocles, dum Ætæzi incendij causas propius ex-
 plorat, eiusdem flammis absumptus est. Et Aristot-
 oteles quod Euripi sive marini fluxus ac refluxus
 causas indagare non posset, perijisse in eo fertur.
 Quid de Tertulliano, Origine, & alijs dicam? qui
 quum iam in ipso fere salutis portu extra omne tē-
 pestatis periculum versari viderentur, quia tamen
 opinionibus suis nimium velificati sunt, atque er-
 rorum fluctibus sese exposerunt, triste sane nau-
 fragium eos fecisse, & ad perpetuam suã infamiã,
 sedis nomina dedisse videmus. Hinc olim Origē-
 nista, Valentiniani, Montanista, Marcionista, Her-
 mogeniani; & nostro tempore Melanchthoniani,
 & alij eiusdē farinae supra indicavimus qui & quã
 multi Grammaticuli ac magistrelli sive Philosophas-
 tri, sub primis Lutheranismi incunabulis in Gal-
 liam irrepererint, ac modo in propatulo se ostende-
 rint, modo hinc inde rursus in latebras sese abdi-
 derint, qui tamen omnes omni conatu nullū cer-
 tum ac firmum invisibilis suæ Ecclesie fundamen-
 tum ponere diu potuerunt; instabilitatum &
 fluctuanti arenæ inædificantes, ac velut contris &
 incerta opinionum vada explorantes, & veluti in
 tenebris palpantes.

II. Suas quisque opiniones, seu cerebri commē-
 ta sequebatur, aliorum vero dogmata fastidiebat.
 Unus Lutheri, alius Zuinglij partibus ad stipula-
 tur; hic Melanchthonis, ille Oecolampadij, alius
 Bucerij probabat opiniones. Ut paucis dicam, novi-
 tia illa fides vagabunda, sine capite, sine pedibus,
 sine ullo certo fundamento fluctuabat atque erra-
 bat. Erratici huius agminis in Aquitania nostra an-
 tecursores veluti fuerunt Faber & Rufus, qui primi
 Ecclesiam assilierunt; sequente eos longo Gram-
 maticorū ac magistrellorum agmine, ut paulo ante
 dixi. Ex omnibus tamen nemo tantæ erat audaci-
 qui, ut Lutherus in Germania, ipsa Ecclesie funda-
 mēta audere cōvellere, quū separationē illam ab
 Ecclesia, & novæ Fidei fabricationem, plenam evi-
 dentissimi periculi esse omnes iudicarent: Satis
 putantes, intra veritate cariosam Ecclesie do-
 mum, vel parietinas potius se continere,
 quam


quam ea tota solo æquata, nouam moliri. Et hæc quidem multorum fuit, schisma omne auersantium, sententia: donec tandem homo quidam confidentissimus prodiret, qui velut ille Ephesini templi incensor, Ecclesiam à fundamentis subruere aggressus est, vulgatis passim opinionibus suis ac commentis, & ad partes suas quamplurimis religiose vitæ de ferrioribus alijsque libidinosis hominibus, summa propoſita vitæ licentia, traductis. In summa, cælum terræ permiscere, & ex diuersis atque inter se pugnantibus opinionibus constitam ac miscellanæam religionem homo hic fabricari voluit.

Qui quoniam non minus quam Germaniæ Lutherus, funesta Galliæ nostræ fax fuit, non abs re facturus mihi videor, si vitam eius, mores, doctrinam, & quibus in ea propaganda modis vsus sit, fatis aliquanto descripsero atque indicaro. Ex huius enim capite tanquam è Pandoræ pyxide, omnia mala, ca amitates & miseræ, quibus pulcherrima Europæ pars penitissime iam diu afflicta fuit, prodierunt atque exundarunt. (a) Nomen eius omnibus quidem notum est, at ingressus eius & cetera quæ ad hanc rem pertinent, plerisque latent. Multa tamen interim, ab alijs prodita omittere mihi visum: præsertim quum verear ne apud quosdam plus odium valuerit quam veritas: momente etiam ipso pro uerbis, cum laruis luctandum non esse, exemplo Agamemnonis apud Homerum iniquientis, minime committendum esse, ut eorum qui in sepulcris quiescunt, manes vellicemus, au-

conuicijs ac contumelijs oneremus. Mihi quidem nihil de hoc homine scribere constitutum est (quamuis multa hic lector à nemine alio prodita deprehensus sit) quam quæ vel ipsius subiecti argumentum mihi suggeret, vel fide dignissimorum hominum testimonia, vel etiam historiæ & libelli à noua illa reformatione hic ibi passim exclusi atque exclusi, suppeditabunt.

IV. Ioannes Caluinus, funesta Galliæ, immo totius Christianæ Reipubl. fax, ac tantorum malorum auctor, natus est Nouioduni in Picardia X. Iulij Anno MDIX. O diem Nefastum, qui non hominis, sed longæ miseriarum nostrarum catenæ natalis fuit! Nomen ei primū fuit, Ioannes Chauuinus; pater Gerardus Chauuinus; mater, Anna Fronæa: sed quemadmodum Lutherus primum suum nomen mutauit; sic noster hic non Chauuinus, sed Caluinus appellari voluit. Sed quom ne hoc quidem nomen satis ipsi placeret, eo fortasse quod transpositis litteris, impius ille atque atheus Lucianus inde resulter, Alcuini nomen sibi aliquādiu sumsit, eius qui Caroli magni præceptor fuit, magnam laudem ob institutam Parisiensem Academiam consequurus: uti apparet ex prima Institutionum Caluini editione, Argentorati Anno M. DXXXIX. primitus vulgata, quæ nomen hoc aperte præ se fert. Quia vero supra famosorum hæresiarum Lutheri & Melancthonis Natiuitates seu themata genethliacæ posui: pat sane videtur ut tertij huius horoscopum itidem subiungam; cuius typus sic habet:

a Surius in Comment. Præteolus in Catal. Hæret. Bolſcius in Vita. Romanus in Idea Caluini. Demochares. Vasquerius. Sainctes. Zindanus. Abraham Bæuius in Annalibus. Caietus. Heshusius & estphalus. Sibilusburgius. Vide Reginald. fol. 259. Serarium in Caluino stigmatico.



V. Astrorum in hoc natali schemate positus factis indicat, hominem hunc multis præclaris dotibus ornatū fore, quas tamē multa econtrario vitia comitatura sint. Saturnus quidē in domicilio Virginis excellentē eruditionē hominis ostendit, sed talē quæ male collocata sit, vt Iunctianus ad XIV. cap. lib. III. Ptolomæi De Astrologia Iudiciaria docet. Mercurius in domo Solis, firmam ei memoriæ ac singularē scriptis animi concepta exprimendi gratiā atq; elegantiam promittit, vt ex II. libro Schoneri eiusdem argumenti intelligi potest. Et quamuis Mercurius combustus sit, id tamē supradictæ doti nihil obstat, præsertim quum cor Leonis in angulo Meridionali collocatū, idem ei polliceatur: quod vt Cardanus testatur, sapientiæ

ac prudentiæ sedes est. Luna vero sextili suo aspectu, & Saturnus in domo Mercurij singularem ingenij acrimoniam denotant; sed quæ stultitiam quoque ac nimiam ea quæ supra se sunt indagandi curiositatē habeat adiunctam. Heu (cum Chilone exclamare libet) quā difficile est seipsum nosse! Luna quidem vna cum Tauri oculo, vitium hoc naturæ turbulentum ingenij imperum, nihil nisi seditiones ac bella spirantis satis demonstrat. Hoc quidem Cardani in Aphorismis de hominis huius Natiuitate est iudiciū. Similiter Mars in IX. loco extra domiciliū suū constitutus. Ascendentis tamē dominus, monstrat, sacrilegum illum & hæreticum fore hominem, omnis divini timoris expertem, eo tamen ad externam speciem & hominum opinio-

opinionem sibi conciliandam, utentem. Eadem hypocrisis per Scorpionem in horoscopo constitutum, & in IX. domo Mercurio coniunctum præsignificatur: ut idem docet Junctinus. Inflexibilem vero hominis pertinaciam Mercurius & Luna, uterque in signis fixis versantes, indicant. Mars vero in Cancro constitutus, amarissimam bilem & iracundiam implacabilem hominis ostendit. Signa enim terrestria, si Cardano credimus, iracundiam ita imprimunt ut nunquam evelli possit, non minus quam canicula diebus canicularibus rabie correpta, ab ea sanari non potest.

VI. Sed nihil obstantibus his omnibus Nativitatis vitijs, quæ postea in ipsam Calvini vitam influxerunt, Juppiter in domo sua unâ cum corde Lectoris magnam ei existimationem & honorem quem inter suos consequutus est, præsignificavit: ut qui Elias, alter S. Paulus, sol Mundi, Os Dei, homo inculpatus, non sine ludibrio simul & impietate à suis appellari meruerit: quævis Scorpio Ascendens ab omni illius dignitate in vera Ecclesia excludat, tum quod Juppiter Marti, qui Ascendens est dominus, adversus sit, tum etiam quod Cancrisignum, quod Jovis est exaltatio, naturaliter clericalem ordinem significans, in nona versetur domo, quæ religioni & Ecclesie est attributa: ut curioso Lectori ex prædictis Junctini ac Schoneri libris facile patebit. Equidem non is sum qui velim nescio quod fatum comminisci, & res has inferiores Astorum influentia necessario adstringere: quum sciam doctrinam hanc iam olim ab Ecclesia damnatam esse. Nihilominus tamen quum mihi pessimorum hæreticorum & in ijs Lutheri, Melancthonis & Calvinianorum explicanda esset historia; ut aliquo modo lectotis satisfacerem curiositati, etiam Nativitates eorum prodere volui, ut ne minuta hæc etiam posteritati ignota essent: interim intra Catholicæ Ecclesie septa, in qua extremum spiritum mihi emittere certum est, me continens, nec ab eius legibus vel latum unguem deflectens.

QVOMODO CALVINUS AD
Theologiæ studium animum applicuerit, &

Lutecia Engolismam profugerit.

CAPUT IX.

ARGUMENTUM.

- I. Calvinus apud Bituricenses literis operam dant, de Melioris Volmari consilio ad Theologiæ studium animum applicat.

- II. Volmarus primus Calvini animum hæresi corruptis.
III. Calvinus Lutetiam profectus, mox inde Engolismam se confert.
IV. Calvinus Græcus Clauxensis agnominatus, & cur.

I. Calvinus postquæ ex pæbeis excessit, positum jam literarum fundamentis, de parentum consilio ad Iurisperdentia studium animum appulit, non minus ac Lutherus, missusque Aurlianum sub Petro de Stella, insigni nominis Jurisconsulto, qui postea Parisiensis Curie præses fuit, prima fecit tyrocinia: inde Avaricum Bituricum profectus, magnam illum Alciatum leges explicantem audiuit. Hæc de se ipse scribit in Præfatione quæ Commentarijs suis super Psalmos præfixit: ubi inter alia superbe admodum se cum Davide comparat, inquit, *Se vocationis sue initia sæpe numero in Davidis exemplo, tanquam in speculo, contemplatum esse: & quoties in Propheta huius vita cursum intuebatur, viam sibi ab illo commensurari visum fuisse.* Apud Bituriges quum esset in Meliorem Volmarum, quæ Navarra regina fovebat, incidit, magno tam suo quam totius Christianitatis damno. Erat autem Volmarus Germanus natione, Græcarum literarum professor, homo multæ eruditionis, & in linguarum studio bene versatus: quo eodem Calvinus successor quoque præceptoris usus est. Volmarus quum in juvene hoc singularem ingenij acritatem, firmitatem memoriæ, & magnam lætiones & alia quæcumque ex præceptoribus audisset, quæ deinde ipse mira se monistam elegantia quam facilitate, scriptis consignabat, colligendi atque explicandi dexteritatem animadvertisset, præ ceteris discipulis diligere ac magnificare eum cœpit. Die quodam cum discipulo magister animi gratia deambulans, auctor ei fuit, utposito Justiniani Codice, ad Theologiæ omnium scientiarum magistræ ac reginæ studium animum applicaret. O infelix Christianorum rebus consilium. Quæ quæ à Luthero iam valde essent afflicta, quid reliquum erat nisi ut à tali ingenio omnino pessum darentur? Suffoderat iam ille cuniculos, ad quos hic incenso velut pulvere uno spiritu distandos, & ad ruinam faciendam, incubuit.

II. Volmarus quamvis Catholicum se simularet, Lutheranum tamen virus Calvinio inhaerabat, tantumque hæc velut promulsæ hæreseos salivam in eo excitavit, ut tam foetidam non minus quam vitam escam non prius ingurgitare cessaret, quæ ea non ad saturitatem modo repletus, verum etiam mortis